

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Kortholt Thomas Tilanus

Disputatio Theologica De Propositione: Deus Est Passus

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740040049>

Druck Freier  Zugang



R U Meol. 1664.
Christian Vorhofft/a
Vert.: Pronas Tilenius

DISPUTATIO THEOLOGICA 60.
De
Propositione:
**D E U S E S T
P A S S U S,**

Consensu Amplissimi Collegii Theo-
logici in Academiâ Rostochiensî,
Quam

VIRO Admodum Reverendo & Excellentissimo,
PRÆSIDE
DOMINO

CHRISTIANO KORTHOLT,

S. Theol. D. & P. P.


Dn. Præceptore & populari suo deve-
nerando,

In Auditorio magno,
ad diem 6 Aprilis

publicè ventilandam proponit
THOMAS TILENIUS,
Oldenburg-Wagria-Holsatus,
Autor & Respondens.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1664. *Kil.*





I. N. D. N. J. C. A.

§. I.



Empore à Deo prædeterminato adveniente, $\lambda\gamma\zeta$ sive secunda Trinitatis Persona assumpsit carnem seu humanam naturam, ita quidem, ut duæ hæc naturæ, divina, inquam, & humana, unitæ sint in unâ hypostasi. Quæ quidem unio non est *essentialis*, quandoquidem non concurrunt hic duæ naturæ, tanquam entia incompleta, sive partes propriæ & strictè dictæ, ad constituendam unam per se essentiam compleantur, nec duæ naturæ in unam coalescent, sicuti, v. c. sit in unione animæ ac corporis ad constituendum hominem; Sed duæ in Christo naturæ ad unius Personæ constitutionem concurrunt. Unde unio hæc dici solet *personalis* & *hypostaticus*.

§. 2. Unionem ipsam personalem sequitur communicatio naturarum, quæ nimirum à $\lambda\gamma\zeta$ humanam naturam profundissimâ ~~et~~ $\chi\omega\rho\eta\sigma$ permeat, perficit, inhabitat sibique appropriat, ita ut ex utraque sibi invicem communicante fiat unum incommunicabile, una scilicet persona. Ex quâ naturarum communicatione porro resultant *predicationes*, quas vocant, *personales*, quando nimirum concretum unius naturæ de concreto alterius naturæ in casu recto prædicatur, ut verè dicam: DEUS EST HOMO; HOMO EST DEUS.

§. 3. Resultant item ex unione personali prædicationes proprietatum seu attributorum. Et quidem, cum prædicationes illæ non

A 2

sint

sunt omnes ejusdem rationis, tria distincta constitui solent genera, sive tres classes, ad quas singulæ commode referri possint. Nos, missis cæteris, in honorem crucis CHRISTI, cuius memoriam in præsenti celebrat Ecclesia, hanc propositionem: DEUS EST PASSUS, paulò accuratius expensum ibimus.

§. 4. Pertinet ea ad primum genus communicationis, illud nimirum, quo attributa alterutrius naturæ personæ λόγος, duabus naturis constanti & modo ab utraque modo ab alterutram denominatae, tribuuntur. Ubi observa, quod attributa hoc loco dicantur in genere quævis prædicata, quæ alterutrius naturæ soli formaliter competit, sive propria sunt quarti modi, sive accidentia communia, sive deniq; ad essentiam naturæ pertineant. Solent alias communiter vocari *propria* vel *proprietas*. Sed hic sciendum, proprium tale esse vel ἀπλῶς & absolute, vel τοῦ & τοῦ εἰνεγρ., seu τοῦ οὐ. Proprium ἀπλῶς est, quod competit soli, & in primis est proprium quarti modi: proprium τοῦ οὐ est, quod quidem ei, cuius proprium dicitur, cum alio est commune, proprium tamen ipsius dititur respectu alicujus, cui non convenit; quomodo, v. c. τὸ bipes homini quidem cum gallinâ commune est, sitamen homo comparetur cum equo, proprium ejus dicitur, quia equo non convenit. Vide Aristot: lib: I. Topic: cap: iv. & lib: v. cap: i. Quando attributa illa, quæ ad primum hoc communicationis gen; pertinent, in genere dicuntur *propria*, ~~particula~~ significativa vox capitur, non priori.

§. 5. Deus igitur in hac propositione: DEUS EST PASSUS: supponit pro totâ persona θεοῦ. Id quod dilucide explicat incomparabilis ille noster Chemnitius in aureo libro de duabus naturis in Christo, cap. XIII, cuius verba hic apponimus: *Vocabula*, inquit, concreta, ex Divinâ naturâ sumpta, ut DEUS λόγος, Filius DEI, quando de Christo incarnato prædicantur, licet denominatio fiat à divinâ naturâ, tamen significant divinam tantum naturam, sed personam subsistentem jam in duabus naturis, divinâ scilicet & humanâ. Et concreta vocabula sumpta à naturâ humanâ, ut homo, Filius hominis, quando prædicantur de Christo incarnato, non designant nudam aut solam humanam naturam, sed hypothesis in subsistentem & in divinâ & in humanâ naturâ, sive, quæ constat simul & divinâ & humanâ naturâ & ad quam utraque natura pertinet. Atq; hinc

hinc sit, quod concretus vocabulus, significantibus Personam Christi, sive ab utrâque sive ab alterutram tantum naturâ denominatis, rectè tribuuntur omnia idiomata, sive sint divinae sive humanae naturæ. Et paulo post: Certum est, quando Persona Christi incarnata appellatur vel Filius Dei vel Filius hominis, quod illâ appellatione intelligatur, non tantum vel divina vel humana natura sola, sed tota persona constans & divina & humana natura. Quando igitur dico, filius hominis est mortuus, cum proprietas illa, ut mori, non utrique sed unius tantum naturæ conveniat, denominatio vero seu appellatio Filii hominis, licet ab humana natura desumpta, totam tamen personam, duabus naturis constantem significet, certè negari non potest, esse communicationem idiomatum. Ita quoque B. Gerhardus Loco de Personâ Christi, num: 196: Ille DEUS passus dicitur, qui habet carnem, ille Deus Ecclesiam redemisse dicitur, qui habet sanguinem, quia dicitur carne passus & proprio sanguine Ecclesiam redemisse. Jam vero Deus, seu ο Ιησος, seu Filius Dei αποστολος, qui est persona simplex, non habet carnem nec sanguinem nec essentialiter nec personaliter, sed Deus, seu ο Ιησος επιστολης, qui est persona obvolutus; Ergo non αποστολος sed επιστολης Ιησος dicitur passus.

§. 6. Quanquam autem hæc ita se habeant, differunt nihilo minus propositiones, in quibus subjectum est concretum naturæ, ab his, in quibus subjectum est concretum personæ. Quam in rem noster Dn. D. Joh: Frider: König, Praeceptor meus devenerandus, in suâ Theologia positiva, parte 3. §. 159. p. 137. Differunt, inquit, omnino propositiones hæc: CHRISTUS EST PASSUS; et DEUS Ιησος est Passus: Ibi subjecti vices obit concretum personæ; hic concretum naturæ: Illa ad αποστολον, hæc ad idiomationem referenda: Illa totius personæ passionem innuit; hæc insuper illius passionis hypostaticam appropriationem ad concretum divinæ naturæ insinuat: Illam admitebat Nestorius; hanc impugnabat. Quæ tamen, uti ex praecedentibus ejus verbis patet, ita intelligenda sunt, quod propositiones illa non sint eadem FORMALITER. Nam quoad rem ipsam illas coincidere certum est. Unde de dictis propositionibus B. Gerhardus, loco de Pers. Christi, num. 196. diserte: In schola quidem Nestorianorum, inquit, sunt oppositæ, sed IN SCHOLA ORTHODOXORUM SUNT QVODAD REM IPSAM EQUIPOLLENTEs.

A;

§. 7. De

S. 7. De Deo igitur ēvangelio verē & propriē dicitur, quod sit passus, licet non in Deitate sua, sed assumpta humanitate sit passus.

D. Kortholt Quandocumque enim duæ naturæ eadem gaudent subsistentia, vel idem Disp. de Ne-constituent suppositum, id quod alterutri earum verē competit, deforian. f. 14. tota personā rectissimè enuntiatur, juxta illud: Actiones & passiones sunt suppositorum. Sic quia ē irasci revera competit animæ, quæ corpori juncta unam cum ipso personam constituit, inde Philosophus lib. 1. de anima cap. iv, t. LXIV. Dicere, inquit, animam irasci, vel timere, simile est, ac si quis dicat, animam texere vel ædificare. Nam melius est fortasse, dicere, non animam, sed hominem anima miserereri, vel discere, vel ratiocinari. In quem locum ita commentatur Themistius: Quemadmodum opifex & stritor ædificat, non ars ipsa ædificandi; Citharœdus pulsat, non Musica; quamvis opifex ædificet ex arte & Citharœdus pulset ex Musica: Ita anima nec misericordia sicut est, nec iracundia movetur, sed homo per animam. Quare homo & natat & lavatur & vescitur, non voluntas aut propositum, quo geruntur hæc omnia. Atque hinc Orthodoxi, quia divinam & humanam Christi naturam unam personam constituere credunt, quidquid alterutri naturæ revera competit, id de tota Persona rectissimè dici statuunt, & sic istas, v. c. propositiones: Deus est natus ex Mariâ, est crucifixus, est mortuus, aliasque similes, in quibus scilicet vel idioma humanæ naturæ de Deo incarnato, vel contra idioma naturæ divinæ de homine eadem cum divinitate hypostasi gaudente, prædicatur, verissimas esse contendunt. Videatur Dn. Præsidis Dissertatio de Nestorianismo, Num: 14.

S. 8. Notatu in hanc rem digna sunt verba Lutheri, quæ leguntur in libro de cœnâ Christi, Tom. 3. Jen: Germ: f. 455. b. Alles Werk/ Wort/ Leiden und was Christus thut/ das thut/ wirkt/ redet/ Leider der warhaftige Gottes Sohn/ und ist rechtfertiget/ Gottes Sohn ist vor uns gestorben/ Gottes Sohn prediget auf Erden/ Gottes Sohn welscher den Jüngern die Füsse/ wie die Epistel an die Ebre. 6. sagt./ Sie erneuzigen ihnen selbst den Sohn Gottes / 1. Cor. 2. Heiten sie erkand/ sie hetten nimmermehr den Herrn der Ehren gefreuzigt.

Ob nun die alte Wettermacherin Frau Vernunft/ der Alceonis Großmutter (de katholico Zwingiana loquitur, qua nominari quidem dicitur Persona, sed intelligi tantum una natura, ita, ut hujus v. c. propo-

propositionis: *Filius Dei est passus*, sensus sit: *humana natura*; *Filio Dei unita, est passa*) sagen würde, ja die Gottheit kan nicht leiden noch sterben, soltu antworten / das ist wahr / aber dennoch / weil Gottheit und Menschheit in Christo eine Person ist / so giebt die Schrift um solcher persönlicher Einigkeit willen / auch der Gottheit / alles was der Menschheit widerfert / und wiederum / und ist auch also in der Wahrheit / den das müsst ja sagen / die Person (zeige Christum) leidet / stirbet / nu ist die Person warhaftiger Gott / darumb ist es recht gered / Gottes Sohn leidet / den ob wol das eine Stück (dass ich so rede) als die Gottheit nicht leidet / so leidet dennoch die Person / welche Gott ist / am andern Stücke / als an der Menschheit.

Gleich als man spricht / des Königes Sohn ist wund / so doch allein sein Bein wund ist. Salomon ist weise / so doch allein seine Seele weise ist / Absalom ist schöne / so doch allein sein Leib schön ist / Petrus ist grau / so doch allein sein Haupt grau ist. Den weil Leib und Seele eine Person ist / so wirds der ganzen Person recht un wol zugeeigend / alles was dem Leibe oder der Seele ja dem geringsten Glied des Leibes wiederschret. Dies ist die Weise zu reden in aller Welt / nicht allein in der Schrift / und ist dazu auch die Wahrheit / den in der Wahrheit ist Gottes Sohn für uns gereuñiger / das ist die Person / die Gott ist / den sie ist / si (sage ich) die Person ist gereuñigt / nach der Menschheit.

Also sol man der ganzen Person zueigen / was denn andern Theil der Person wiederschret / um des Willen / dass beyde eine Person ist. So reden auch alle alte Lehrer / auch alle neue Theologen / alle Sprache und die ganze Schrifte.

Idem Lutherus in libr. de Conciliis, Tom. vii Jen. Germ. f. 250. a.
Wir Christen müssen die Idiomata der zwei Naturn in Christo / der Personen gleich und alle zueigen / als / Christus ist Gott und Mensch in einer Person / darum / was von ihm gered wird / als Menschen / das mus man von Gott auch reden / nemlich / Christus ist gestorben / und Christus ist Gott / drum ist Gott gestorben / nicht der abgesonderte Gott / sondern der vereinigte Gott mit der Menschheit / den vom abgesonderten Gott ist bendes Falsch / nemlich / dass Christus Gott sey und Gott gestorben sey. Beides ist falsch / den da ist Gott nicht Mensch.

S. 9. Nos pro adstruenda veritate propositionis: **DEUS EST PASSUS:** urgemus illustrem locum Act: xx, 28. Ubi Episcopos Ephes.

Ephesinos sic alloquitur Paulus: Περούχητε ἐκαντις καὶ παντὶ τῷ πο-
μνίῳ, εἰ ὡμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἔθετο ὑπερισκόπους, παμάνει-
τὴν σκηλησίαν τὸ Θεόν, ἢν πεῖσται οὐδὲ τὸ Ιησοῦς αἱρετός.
Ex quibus Apostoli verbis tale formamus argumentum:

*Qui proprio suo sanguine acquisivit Ecclesiam, is verè, realiter & pro-
priè loquendo passus est;*

Atqui Deus proprio suo sanguine acquisivit Ecclesiam;

E. Deus verè, realiter & propriè loquendo passus est.

S. 10. Argumentamur amplius ex 1. Cor. 2. v. 8.

Qui crucifixus est à Iudeis, is verè realiter & propriè loquendo passus est;

Atqui Dominus gloriae crucifixus est à Iudeis

E. Dominus gloriae verè realiter & propriè passus est.

Unde nunc ultius ita inferimus:

Dominus gloriae verè realiter & propriè loquendo loquendo passus est;

Dominus gloriae est Deus;

*E. Deus verè, realiter & propriè loquendo passus est; intellige in car-
ne àsumpta, uti ex supra dictis liquet.*

S. 11. Atque ex hactenus dictis facile nunc intelligitur, quis fuerit
olim Nestorii error? Concedebat nimis isti, Christum esse passum,
crucifixum, mortuum, ex virginе natum; sed concedere solebat, De-
um esse passum, crucifixum, mortuum, ex virginе natum. Arbitra-
batur videlicet, non posse Deum recte verèque dici passum, nì ipsi quo-
què naturæ divinæ tribueretur passio; non posse Deum recte dici ex Ma-
riâ natum, nì ipsa diuinitas, seu natura divina à Mariâ ortum traxerit.
Origo igitur totius erroris ipsius erat, quod nesciebat vel etiam scire no-
lebat, *DEUS IN HIS PROPOSITIONICUS: DEUS EST PASSUS; DEUS*
EST EX VIRGINE NATUS; supponere pro Deo ἐστέρω, sive
*Personā Θεανθρώπῳ, sed opinabatur, quia denominatio à solâ na-
turâ divinâ fieret, solam etiam divinitatem cum sua hypostasi, seclusâ*
naturâ humanâ, vocabulo D E U S in illis prædicationibus insinuari.

S. 12. Audiamus hic iterum Lutherum nostrum, Sic ille lib.
de Conciliis, Tom. vii. Jen. Germ. fol. 248. b.

Das wissen wir auch wol / daß Christus seine Gottheit nicht von
Maria hat / aber / daß es darum solt falsch sein / daß Gott von Maria ge-
bohren / und Gott Marien Sohn und Maria Gottes Mutter sey / das fel-
get nicht daraus. Desw. mus ich ein grob Exempel setzen: Wen ein Web
einf

ein Kind gebiert / so kan ein fauler Nestorius (so nennen ihn Tripartie)
also stolz und ungelehrte seyn und flügeln / diese Frau hat gebohren / aber
sie ist nicht Mutter dieses Kindes / Ursach / die Seele des Kindes ist nicht
von ihrer Natur oder Geblüt / sondern anders woher / als von Gott ein-
geossen. Also ist diß Kind wol von der Frau gebohren nach dem Leibe /
aber weil die Seele nicht ist von ihrem Leibe / so ist sie des Kindes Mutter
nicht / weil sie der Seele des Kindes nicht mutter ist.

Ein solcher fauler Sophist leugnet nicht / daß die zwei Natur / Leib
und Seele / eine Person sey / sagt auch nicht / daß da zwei Personen oder
zwei Kinder sind / sondern bekennet / daß zwei Natur / als Leib und Seele /
eine Person oder ein Kind sey / auch die Mutter nicht zwey Kinder son-
dern ein Kind gebohren habe / sondern füher nicht / was er leugnet oder
sager. Eben solcher Mann ist Nestorius auch gewest / der giebe zu / daß
Christus sey Gott und Mensch in einer Person / aber weil die Gottheit
nicht von der Mutter Maria kompt / sol sie nicht Gottes Mutter hassen /
das ist billig im Concilio verdampft und sol verdampft seyn. Und ob wol
Nestorius in einem Stücke der Haupfsache eine rechte Meinung hat / daß
Christus Gott und Mensch ist / sol man doch das ander Stück / oder sol-
che Wort und Rede nicht leiden / daß Gott nicht sey von Maria gebohrt /
und vō den Jüden gereuhtiget / gleich wie man den Sophisten nicht leiden
sol (der ganz rechte redet in dem Stücke / daß die Mutter des Kindes Seele
nicht geboren noch geben kan) / da er sagt / das Kind ist nicht der Mutter
natürlich Kind / und die Mutter ist nicht des Kindes natürliche Mutter.

Summa der stolze ungeliehrte Bischoff hat ein Gretisch böse Ge-
bisse angerichtet / wie der Römer Cicero von den Grieken sagt / Jam diu
torquet controversia verbi homines græculos / contentionis cupidio-
res quam veritaris. Den wer da bekennet / daß eine Mutter ein Kind
gebliere / das Leib und Seele hat / der sol sagen und halten / daß die Mutter
das ganze Kind gebohren / und des Kindes rechte Mutter ist / ob sie gleich
der Seelen Mutter nicht wehre / sonst würde draus folgen / daß keine Frau
keines Kindes Mutter wehre / und das vierte Gebot müste gar aufgehoben
werden / du sole Vater und Mutter ehren. Also sol man auch sagen / daß
Maria des Kindes / so Jesus Christus heißt / rechte natürliche Mutter
ist / und sie die rechte Gottes Mutter / Gottes Gebererin / und was mehr
von Kindsmüttern kan gesagt werden / als seugen / waschen / ehen / eren-
ken /

ken / daß Maria Gott zeuget / Gott wieget / Gott Brey und Enppen macht / &c. Den Gott und Menschen ist eine Person / ein Christus / ein Sohn / ein Jesus / nicht zwei Personen / nicht zweien Christus / nicht zweien Sone / nicht zweien Jesus / gleich wie dein Sohn nicht zweien Sone / zweien Hanse / zweien Schuster ist / ob er gleich zwei Natur hat / Leib von dir / Seele von Gott allein / Et paulo post, f. 249. b. Wen ich also predige / Jesus Zimmerman zu Nazareth (den so nennen ihn die Evangelia- Filium Fabri) gehet dort auff der Gassen / und holte seiner Mutter ein Krüglein Wasser / und ein Pfennig werte Brod / daß er mit seiner Mutter esse und trincke / Und derselbe Jesus Zimmerman ist der rechtes warhaftige Gott / in einer Person / solches gibet mir Nestorius zu und sage / es sey recht. Wen ich aber also sage: Dort gehet Gott auff der Gassen / holte Wasser und Brod / daß er mit seiner Mutter esse und trincke / diese Rede gestehet mit Nestorius nicht / sondern spricht / Wasser holen / Brod kaufen / Mutter haben / mit ihr Essen und trincken / das sind Idiomata - Eigenschaft Menschlicher und nicht Gottilicher Natur. Also / wen ich sage / Jesus Zimmerman ist von den Jüden gecreuziget / und derselbe Jesus ist der rechte Gott / solches gibt mir Nestorius zu / es sey recht / sage ich aber / Gott ist von den Jüden gecreuziget / so spricht er / Nein / den Kreuz / Leiden und Sterben ist nicht Gottilicher / sondern Menschlicher Natur / Idioma oder Eigenschaft.

Hæc , quantumvis pluscula , ex magno nostro Lutheru huic trans- scribere voluimus , quod totam de primo genere communicationis do-ctrinam egregie explicite dilucideq; proponant , nec sine singulari fru-
ctu à lectore (cui alias ipsi Lutheri Tomi non semper ad manum sunt) cognoscantur . Et malu sane in his paginis probatissimorum Theolo-
gorum verbis , quam meis ipsis , arduam hanc exponere controversi-
am , ut eo facilius cuique de nostrâ propositione constet .

S. 13. Sed quia Nestorius primus fuit , qui hanc proposicio-
nem : DEUS EST PASSUS , aliasque similes ad primum genus com-
municationis spectantes prædicationes ex professo impugnavit , opera
præsumt erit , historiam certaminis ab ipso moti paulo accuratius intro-
spicere .

S. 14. Cum

§. 14. Cum vacaret sedes Constantinopolitana, quam tenuerat olim magnum illud Græcæ Ecclesiæ lumen JOHANNES CHRYSOSTOMUS, Theodosius Imperator, non ex Constantinopolitana, sed Antiochena Ecclesiæ Episcopū accertendū ratus, vocavit NETSORIUM, Virum dicendi facultate admirabilem quidē, cetera vero non usq; adeo doctum; qui tamen plebei vestitus ruditate, incessus ac supercilii gravitate, oris pallore ac macie, cum pietatis, continentiae, veterisque disciplinæ imaginem præ se ferret, multorum animos allexit.

§. 15. Duxerat vero secum Antiochiæ Presbyterum quandam, quo familiariter admodum utebatur, ANASTASIUM. Is cum aliquando ad populum verba ficeret, in hanc vocem erupit: Nemo Mariam Θεοτόκον s. Deiparam vocet: Maria enim homo erat: at ex homine Deus nasci non potest. unde cum magni in populo tumultus suborirentur, Nestorius tamen tantum absfuit ut Anastasium suum hoc nomine redargueret, ut etiam eundem errorem amplectetur ac defenderet ipse. Ita enim in hanc rem scribit Evagrius lib. I. Histor. Eccl. Cap: I. Nestorius absq; ullâ dissimulatione Anastasi dicta defendens, majore etiam contentione de illis disputavit, ac peculiares insuper opiniones suas immiscuit & adjecit, virusque pectoris sui eructans, magis adhuc blasphema docere conatus est, ita, ut ad hunc modum pronuntiaret: Id quod bimestre est, aut trimestre factum, DEUM haudquam nominarim. Sed & Dorotheus quidam Episcopus, Nestorio adulans, coram ipso in Ecclesia sacris operante, in editiorem locum, ascendens, repente anathema dixit omnibus, quotquot Deipara vocem usurparent, quod facinus cum comprobaret Nestorius, continuo irriti populi clamor adversus Episcopum ortus est, & ipsi etiam Monachitum tumultuari cooperunt. Nestorius vero rapuit, quos potuit, ad tribunalia, Clericos recte sentientes ab aris avulsit, & alia multa exercuit nefanda.

§. 16. Vulgantur interim Nestorii per orientem conciones descriptæ, lanie ac veneno diffuentes; fremunt adversus eos orthodoxi, Cyrillus in primis, celebratissimus ille Alexandrinorum Episcopus. Cumque etiam ad Monachos Egyptios, quæ Constantinopoli agita-

rentur, fama pervenissent, is ipse Cyrillus, ne in errorem Monachi pro-
laberentur, literas ad eos misit, quibus, quid de questione: An Maria
recte dicatur ~~Θεαν~~ ? habendum sit, exponit. Extant illæ parte I
Actorum Concil. Ephes. Cap. 2do, inque iis Cyrillus inter alia sic lo-
quitur: Audio exitiales quosdam rumores inter vos proferminatos;
nonnullos quoque oberrare, qui sinceram veltram fidem demoliri stu-
deant, & inanum vocularum bullas apud rude vulgus eructantes, ut
rum Deiparam appellare liceat sacram virginem, in controversiam vo-
care audeant. Et paulo post: Miror majorem in modum, esse, aliquos
omnino, qui, utrum sacra virgo Deipara appellanda sit, plane
addubitant.

§. 17. Ita Cyrilli literæ ubi Constantinopolin essent perlatæ,
bone D E U S ! in quas iras statim exarsit Nestorius ! Sane Clericos
quoscunq;, errorem ipsius improbantes, gradu, laicos vero commu-
nione movit. Quanquam vero Cyrillus non desineret crebrioribus
illum literis ad saniorem mentem adhortari, & veritatem edocere,
fructuatem fuerunt omnia. Quin Coelestinum, Romanum Epi-
scopum, in suas perrahere partes ausus est Nestorius, mittens ad eum
conclaves, quas Constantinopoli habuerat. Coelestinus tamen,
ubi de dogmatibus ipsius recte informatus fuerat, acriter cum increpa-
vit, utque errorem mitteret graviter horratus est.

§. 18. Cogitur deinde Synodus Alexandriæ, ubi Cyrillus
suo synodique nomine Nestorio Epistolam scribit paræneticam, obre-
stans eum, ut stolidæ sua dogmata missa faceret, ab iisque spargendis
& defendendis in posterum abstineret. Quam Epistolam per qua-
tuor Episcopos ad Nestorium perferri curavit synodus, qui tamen,
postquam literas istas Nestorio reddidisset, deinceps ab eo nec admissi
sunt, nec ullum responsum tulerunt.

§. 19. Cum ergo sc̄epius monitus mente mutare nollet Ne-
storius, nec de errore quicquam remittere, sed semper pejora doceret,
tandem, auspiciis utriusque Imperatoris, Theodosii II, qui in Oriente,
& Valentiniani III, qui in Occidente tunc temporis gubernabat, coa-
cta

Etia est synodus Occumenica Ephesina, plurium quam ducentorum Episcoporum.

§. 20. Ipse Nestorius mature quidem Ephesum se contulit Sed à congregatis Episcopis tertią vice, ut in confessum veniat, invitatus, comparere noluit. Discussis itaque nihilominus ejus dogmatibus à synodo damnatus est. Biduum post, ex quo hæc fuerant peracta, advenit Johannes Antiochenus (in cuius gratiam sedecim integrōs dies sessionem distulerant Patres Concilii) & de condemnatione Nestorii, sicut & confirmatis XII Cyrilli anathematismis, certior factus, Cyrillo non tantum indignatur, sed & coactis triginta circiter Episcopis conciliabulum quoddam instituit, idque legitimæ synodo opponit, Cyrrillum Alexandrinum & Memnonem Ephesinum Episcopos, quod negotium præcipitassem, deponit; cœteros verò excommunicat. Excommunicantem Joh. Antiochenum ejusque assecelas vicissim excommunicat legitima synodus.

§. 21. Interim Imperator, per Candidianum & Ireneum, Nestorii patronos, persuadetur, quod non minus Cyrillus & Memnon, quam Nestorius à legitima synodo depositi essent, qui item ita persuasus excommunicationem illam approbat. Inde omnes hi tres custodia traduntur. Synodus ad Imperatorem crebras literas mittit, deque rebus gestis minus candidè Imperatori expositis, conqueritur, & Cyrilli atque Memnonis restitutionem petit. Sed fraude eorum, qui Nestorio favebant, literæ semper interceptæ sunt, donec tandem Epistola à Synodo Ephesina ad Episcopos & Monachos Constantinopol. scripta, operâ mendici cuiusdam reddebatur. Imperator omnibus perceptis, Nestorium exilio mulctavit, cœterosque, qui Nestorium damnaverant, Episcopos ad suam quemque provinciam & urbem redire jussit. Lege de Nestorio Evagrium, lib. I. Hist. Eccl. cap. a. seqq. et cum primis consule Acta Concilii Ephesini.

§. 22. Superessent nunc plurima hic in disquisitionem vocanda; Sed instituti nostri ratio non permittit, ut prolixiores in presentissimus. In primis quæri solet: Quid habendum de his v. c. pro-

positionibus: Christus est passus secundum divinam naturam; Deitas passa
est carne; sola humana Christi natura est passa? De quibus
videantur B. Dn. D. Gerhardus Loc. de Perl. Christi, Num. 198.
& devenerandi Praeceptores mei, Dn. D. Henricus Müllerus, h. c.
Academie nostrae Rector Magnificus, Semi-centuriâ 2dâ Quæst.
Theol. Quæst. XXX §. 5. Da. D. Augustus Varenius
in Indiculo Theol. Controversæ, Tit. de Me-
diatore Jesu Christo, §. 24.



Non patitur Deitas, patitur tamen
ipse JEHOVA:
Non moritur Deitas, sed ta-
men ipse DEUS.
Hæc miranda TILENE doces. Fert
vota Rosetum:
QVI PATITUR, MORITUR, TE BEET,
usque DEUS!

*Præstantissimo Dn. TILENIO,
Auditori suo industrio*

scr. L. M. Q.

Joh, Fridericus König / D.

AD

Ad

Eximium Eruditissimumque

DN. THOMAM TILENIUM,
S.S. Theologiæ & Philosophiæ Studi-
osum maxime industrium,

Sympatriotam suavissimum, Auditorem,
solertissimum,

Dissertationis præsentis Autorem & Defenso-
rem laudatissimum:

Olim quem docuit genitor tuus, ecce,
TILENI,
nunc te discipulum gestit habere
suum.

Sic me dum docuit, docuit quoque temet;
amicus,
& post fata parens esse magister amat.
Reddo quod accepi. Dominus benedixit ab
alto.
Cohatus porro dirigat ille tuos!

*Celerrime scribebat
gratulab.*

Christianus Rorholst / D.

Factus

Factus homo DEUS est, DEUS est homo factus
in uno,

Et carni DEUS est & caro juncta DEO.
Hic patitur mortemque subit, sed criminis expers:
At scelus hoc nostrum est, & dolor ille


DEI.

Hac Tu nunc solers miracula pandis, Amice,
Et recitat passum pagina docta DEUM.
Quod passus fuerit, sceleris quoque portio vestri est,
Nunc tamen in passo gloria vestra DEO.

Properante quidem calamo, astani-
mo erga Civem suum piissimo
scripsit

Joachimus Engel
Oldenb. Holl.





Acta est synodus Oecumenica Ephesi
Episcoporum.

§. 20. Ipse Nestorius mat
Sed à congregatis Episcopis tertią vi
tus, comparere noluit. Discussis
bus à synodo damnatus est. Biduum
Acta, advenit Johannes Antiochenus
gros dies sessionem distulerant Patre
Nestorii, sicut & confirmatis XII Cy
Cyrillo non tantum indignatur, sed
pis conciliabulum quoddam institu
nit, Cyrillum Alexandrinum & M
quod negotium præcipitassent, dep
cat. Excommunicantem Joh. Ant
excommunicat legitima synodus.

§. 21. Interim Imperator
Nestorii patrōnos, persuadetur, quo
quam Nestorius à legitima synodo
sus excommunicationem illam app
diæ traduntur. Synodus ad Imp
que rebus gestis minus candide Im
Cyrilli atque Memnonis restitutor
Nestorio favebant, literæ semper i
stola à Synodo Ephesina ad Episco
scripta, operā mendici cuiusdam
perceptis, Nestorium exilio mul
damnaverant, Episcopos ad suam c
re jussit. Lege dei Nestorio, E
seqq. et cum primis consule Acta


§. 22. Superessent nunc
canda; Sed instituti nostri ratione
fensi simus. In primis quæri solet
B.

uam ducentorum.

heolum se contulit
ssum veniat, invisa
inus ejus dogmati
o hæc fuerant pera
tiā sedecim inte
de condemnatione
ismis, certior factus,
inta circiter Episcop
im synodo oppo
iesinum Episcopos,
s verò excommuni
que assecas vicissim

um & Ireneum, Ne
Cyrillus & Memnon
, qui item ita persua
omnes hi tres custo
ras literas mittit, de
sitis, conqueritur, &
d fraude eorum, qui
, donec tandem Epi
hos Constantinopol.
Imperator omnibus
que, qui Nestorium
inciam & urbemredi
I. Hist. Eccl. cap. a.
ini.

In disquisitionem vo
it prolixiores in pre
ndum de his v. c. pro
posi-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]